



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

XLVII. Markgraf Ludwigs Privilegium für die Jüdischen Bewohner Perlebergs rücksichtlich des Schlachtens und des Fleischverkaufs, v. J. 1345.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

XLVI. Markgraf Ludwig vereignet dem St. Johannis-Altare der Jacobikirche Hebungsrechte in mehreren bei Perleberg belegenen Dörfern im J. 1345.

Nouerint etc. quod nos Ludouicus etc. diuine remunerationis intuitu auctiuque cultus diuini cui magis & magis deinceps insistere nitimur nec non ob iugem animarum illustrium principum marchionum brandenburgensium predecessorum nostrorum memoriam bone recordationis, nostri, heredum et successorum nostrorum memoriam appropriauimus & appropriare decreuimus per presentes annuos redditus subnotatos sitos in villa glouetzin in curia heinrici noken II choros siliginis cum censu, in curia heinrici sercleue I chorum siliginis & I chorum ordeï cum censu, in curia heinrici brufzowe I chorum siliginis cum censu, in curia heinrici ottberti XII iugera agrorum dictorum kosterlant, soluentium I chorum ordeï cum censu, in curia wedegonis XII pullos, in curia godeboden I chorum siliginis dandum extra sepem. In villa Stricleue ex curia Jacobi symonis II talenta denariorum brandenburgensium de duobus mansis cum censu et in villa bluten ex curia gerardi de zeditz II mansos cum omni iure ad altare beati Johannis ewangeliste locatum, fundatum & dedicatum in ecclesia sancti Jacobi ciuitatis nostre perlebergensis pacifice & quiete perpetuis temporibus sine impedimento quolibet pertinendos, Renunciantes omni iuri, actioni ac impetitioni, que nobis, Heredibus et successoribus nostris in dictis redditibus vel aequaliter competere poterint in futurum. Transferentes etiam ius patronatus siue jus presentandi altaris predicti in discretos viros rectores gulde maioris scilicet pannidarum presentes et futuros sic quod ipsi personam ydoneam et valentem ad idem altare siue vacationis tempore quociescunque necesse fuerit, poterint presentare. In cuius testes Buch, swyker, pincerna, magister coquine, otto de helbe, Zickowe, milites, wedel senior & gerardus wolf. Actum wittenberge, datum vero frankfurt anno XLV^o in crastino beatorum petri & pauli. Nach dem Leipziger Copialbuch Bl. 31 b. Nr. LXXXII.

XLVII. Markgraf Ludwigs Privilegium für die Jüdischen Bewohner Perlebergs rücksichtlich des Schlachtens und des Fleischverkaufs, v. J. 1345.

Nouerint etc. quod nos Ludouicus etc. discretos indeos camere nostre feruos inhabitatores ciuitatis nostre perleberg presentes & futuros recepimus et presentibus recipimus in nostre tuicionis ac defensionis presidium singulare volentes et ipsis gratuite fauentes, ut pecora pro suis vsibus mactare possint et residuum seu superfluum quo uti non poterint, cristianis secundum morem aliorum iudeorum nostrorum in aliis ciuitatibus nostris venditione & precio publice mutare. In quorum pecorum siue pecudum mactacione nec non superflui venditione memoratos iudeos per neminem dicte ciuitatis ciuem nec per aliquem volumus impediri, mandantes officiais nostris presentibus & futuris, ut ipsos in tali gracia per nos ipsis facta pre singulis iniuriis insultibus foueant, manuteneant pariter & defendant. In cuius etc. Datum spandow anno XLV^o feria III^a ante galli. Nach demselben Copialbuche Bl. 32 b. Nr. LXXXV.

XLVIII. Auszüge von noch sechs andern, theils Perleberg betreffenden, theils in Perleberg ausgefertigten Urkunden des Markgrafen Ludwig v. J. 1345.

I. Conseruacio juris militum & militarium in districtu perleberg data ao. M^o CCC^o XLV^o dominica post circumcissionem domini.